UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda

**Avitus, Alcimus Ecdicius**
**Marius Victor, Claudius**

**Lvgdvni, 1536**

Pivs Episcopvs Fratri Ivsto Episcopo Salutem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12149**

Visual Library

Non autẽ timeretur corã ipſo ſi ipſe timeretur: ſed minima cõſcientia rectã, maxima cauſa trepidandi eſt in noſtra precipue uita, cui crimnũ cõtinuatio ſit diſcrimnũ multitudo. Quo circa ſi nõ diximus Chriſto uigila nobiſcum: ſaltim dicamus euigila propter nos. Nõ rogauimus ne diſcederet, obtineamus ut redeat: nec deſerat curſum nauigationis infirmæ, donec uento & mari ſilentiũ iubeat, & furorẽ inſanientis ſeculi celerrimo fine cõpeſcat: & fiat in retributione iudicij trãquillitas magna, quia in hoc mũdo eſſe nõ poteſt. Quia ſi de mundo eſſetis mundus quod ſuum erat diligeret. Sed deuicto mundo perueniatur ad ſupernam quietem: ubi quoniam poßibilitas pereundi aberit, nec periculi cauſſa naſcetur. Vbi ſemper nobiſcum dominus, ſemper cum illo ſi dederit nos erimus: & qui hic aliquoties negligentibus dormit, illic perpetuo fruentibus ſine fine uigilabit.

## PIVS EPISCOPVS FRATRI IVSTO EPISCOPO

*Salutem.*

ANtequã Romã exiſſes, ſoror noſtra Euprepia ſicut bene recordaris, titulũ domus ſuæ pauperibus aßignauit: ubi nunc cũ pauperibus noſtris cõmorãtes miſſas agimus. De te autẽ ſupbcate poſtquã ad ſenatoriã urbẽ Viennẽſem perrexiſti quid factũ ſit noſſe cupimus, & ut ſementẽ euãgelij iã ſparſeris audire multũ deſideramus. Preſbyteri illi qui ab apoſtolis educati uſq; ad nos peruenerũt, cũ quibus ſimul uerbũ fidei partiti ſumus, à domino uocati in cubilibus æternis clauſi tenẽtur. Sanctus Timotheus & Marcus per bonũ certamẽ tranſierũt. Vide frater ut illos imiteris ſequẽdo, neq; uinculis mũdi illigeris. Feſtina palmã perſeuerabilẽ cũ ſanctis apoſtolis tenere, quã per multas paßiones Paulus ſuſcepit & Petrus: cui crux charitatẽ Chriſti tollere nõ potuit. Salutãt te Sother & Eleutherius digni præſbyteri. Saluta fratres qui tecũ uiuunt in domino. Gherintus primarches ſathane multos auertit à fide: gratia Chriſti habitet in corde tuo.